Formae urbis Romae antiquae

Heinrich Kiepert,
Christian Hülsen

H. KIEPERT ET CH. HVELSEN.

FORMAE
VRBIS ROMAE ANTIQVAE.

FORMAE

VRBIS ROMAE ANTIQVAE

DELINEAVERVNT

H. KIEPERT ET CH. HVELSEN

ACCEDIT

NOMENCLATOR TOPOGRAPHICVS

A. CH. HVELSEN COMPOSITVS

BEROLINI

APVD D. REIMER

(E. VOHSEN)

MDCCCLXXXXVI.

5

Praefatio.

Urbis Romae antiquae imaginem optime et commodissime ita adumbrari, ut rudera antiqua pingantur una cum ichnographia aedificiorum quae nunc sunt, nemo peritus negabit. Eiusmodi formam modulo satis magno delineavit ante hos sexaginta et quod excurrit annos Ludovicus Canina (*Pianta topografica di Roma antica;* primum edita a. 1830, iterum a. 1842, tertium a. 1850; modulus est 1 : 5000), quo opere quantum incrementum his studiis allatum sit, exponere supervacaneum videtur. Quicumque post Caninam urbis integrae imagines proposuerunt, quodammodo ab eo pendent, licet in singulis multa mutaverint, cum recens reperta inserenda, aedificiorum nomina, de quibus ille non raro erravit, corrigenda, falsa et arbitraria haud pauca resecanda essent. Sed ichnographiam Caninae quamvis pro illis temporibus omni laude dignam, hodie minime satisfacere consentaneum est: multas enim easque gravissimas res edocti sumus non solum virorum doctorum opera, qui scripta vetera monumenta titulosque accuratius perscrutati sunt, sed praecipue effossionibus inde ab a. 1870 plurimis locis in urbe institutis. Opus igitur diu exspectatum atque desideratum ab omnibus quibus antiquitatis Romanae studia cordi sunt Rodulphus Lancianius in publicum edere nuper aggressus est, formam scilicet veteris novaeque Romae maximo modulo exaratam, quam primariam et omnium quae postea edentur formarum fundamentum futurum esse iure praedicaveris*).

Opus tamen a Lanciano coeptum ita vastum est, ut multum temporis elabi necesse sit, antequam absolvatur: et si aliquando absolutum erit, propter pretium haud exiguum in paucorum manus perveniet. Praeterea Lancianius id potissimum sibi proposuit, ut rudera sive hodie extantia sive a peritis architectis olim delineata graphice repraesentaret: quae rudera cum ad imperatorum aetatem fere omnia spectent, in Lancianii tabulis nomina permulta desideres quae ad antiquiorum temporum historiam magni momenti sunt (v. quae exposuit Huelsen *Rhein. Mus.* 1894, 381 sq.). Quae cum ita sint, non inutilem operam nos impensuros esse credidimus, cum Urbis Romae antiquae formas in usum eorum praecipue virorum doctorum qui historiae et litteris Romanis student delineandas curaremus. Itaque urbis imagines duas alteram qualis fuit ante Augusti aetatem alteram qualis fuit imperatorum temporibus separatas proponere visum est:

*) Operi inscriptum est: *Forma Urbis Romae;* consilio et auctoritate Regiae Academiae Lynceorum formam dimensus est et ad modulum 1 : 1000 delineavit Rodulphus Lanciani Romanus. Mediolani. Fasc. I. 1893. II. 1894. III. 1895. — Opus integrum complectetur tabulas 46 magni moduli (m. 0,90 × 0,60): quae adhuc prodierunt (1—4. 8—11. 15—18. 23. 24. 30. 31. 32. 37), repraesentant fere regiones III. IV. V. VI. VII et partem septentrionalem regionis IX (a porta Flaminia ad thermas Neronianas).

utramque autem delineare voluimus ea accuratione, ut novissimis inventis et disquisitionibus respondeant. Cum vero recentis urbis ichnographia una cum antiqua proponatur, quaecumque post editas tabulas nostras nova reperientur, facili negotio inserentur ab eis quibus haec studia cordi sunt.

Laborem coniuncta opera aggressi ita perfecimus, ut ex editoribus alter Romae degens tabulas I et II adumbraret, alter deinde additis et correctis quae ex re viderentur Berolini tabulas in eam formam redigeret, quam vides. In tabula vero tertia, quae magis quam ceterae in effingendis aedificiorum antiquiorum ichnographiis versatur, periti architecti adiumento carere non potuimus; eam tabulam Romae moderante Huelseno delineavit Carolus Vincentius Rauscher architectus, cuius gnavam operam saepius iam experti sunt qui Romanae topographiae student.

Aedificia recentia in tab. I et II delineavimus secundum formam publica auctoritate editam Romae a. 1891 (*Pianta di Roma publicata dall' Instituto Cartografico Italiano col patrocinio del Comune di Roma;* sunt folia quattuor modulo 1 : 6000), quae licet mediocri artificio confecta sit, tamen eo nomine ceteris praestat, quod modulo satis magno partes urbis recens exaedificatas repraesentat. Numeros quibus altitudo locorum supra mare significatur, partim adscivimus ex mappis editis ab eis qui rei militari praesunt*) partim ex libro Petri Narducci**) partim ex forma Lancianii, ad metra integra numeros usquequaque redigentes.

In describenda tabula tertia beneficio Alexandri Viviani v. c. uti nobis licuit forma iussu municipii exarata sed in publicum non edita, quae ichnographiam olim a censitoribus urbanis confectam *(pianta del censo)* usque ad nostra tempora explet et emendat: urbem ea repraesentat ad modulum 1 : 2000. Numeros altitudinum addidimus hic quoque ex mappis tam publicis quam Narduccianis (nam tabulae a Lancianio editae ad hanc regionem vix perveniunt), adhibitis hic illic etiam dimensurationibus architectorum, Thonii potissimum qui montis Palatini hypsometriam satis accurate repraesentavit. Contra caute utendum esse numeris quibus Jordanus hypsometriam tam urbis universae (vol. I, 1 p. 132—135) quam Fori Romani (ib. I, 2 p. 166 sq.) illustravit, usus docuit***).

In signandis aedificiorum antiquorum vestigiis in tabula I et II pro fundamento habuimus, ut par erat, Lancianii formam: contra in tabula tertia, quae complectitur regionem a Lancianio nondum descriptam ex ichnographiis singulorum aedificiorum a peritis architectis delineatorum optimas quasque selegimus easque formae recenti (1 : 2000), cuius modo mentionem fecimus, accommodavimus.

---

*) *Carta dello Stato Maggiore, foglio,* 149 IV SO (mod. 1 : 25,000; praesto fuit etiam tabula publici iuris non facta mod. 1 : 10,000).

**) *La fognatura della città di Roma.* Romae 1889, 4°: accedunt tabulae quindecim fol. Multorum locorum altitudinem in mappa adiecta, plurium etiam in elencho (*testo* p. 72—117) ad centimetrum usque signatas reperies. Altitudines eae non referuntur ad aequor maris, sed ad hydrometrum Ripettae, cuius ima linea supra mare elata est m. 0,971 (secundum Betocchium in *Monografia della città di Roma* I, 204).

***) Altitudinum numeri qui signantur in tabula fori Romani (vol. I part. 2) referuntur, ut exponit Matzat apud Jordanum I, 2 p. 313 ad mensuras propositas a Devecchio (*ricerche geometriche fatte nella scuola degli Ingegneri Pontificii nell' anno 1820*), qui pavimentum sub arcu Titi statuit maris aequore sublimius esse m. 29,06. Sed in computis eius error subsit necesse est: tam Narduccius quam mappa militaris solum prope Colosseum et Metam Sudantem signant altius mari m. 23 vel 24, arcus autem Titi crepido altior est m. 8.55 secundum dimensurationem accuratissimam Caristii, ideoque elata supra mare metris fere 32. Is numerus rursus satis accuratus nobis visus est comparantibus hypsographias Palatini montis a Thonio confectas (*il palazzo dei Cesari* tab. III). Inter arcum enim Titi et reliquias bibliothecae Palatinae ad S. Bonaventurae sitas secundum Thonium intersunt metra fere 18: solum autem recens ad m. 51 attolli iuxta S. Bonaventuram mappa militaris testatur. — Quod deinde attinet ad Capitolii ichnographiam, erroribus nescio quibus intervenientibus area quae nunc est in medio montis *(piazza del Campidoglio)* a Matzatio ponitur m. 30 supra mare, cum debeat esse m. 37. Sed singula exagitare huius loci non est: id unum monuisse satis habemus, numeros ab illo errore immunes quos ex delineatione Marchettii desumpsit Jordanus (p. 166 n. 4. 6. 7. 8) et ipsos non referri ad maris aequor, sed ad lineam infimam hydrometri portus Ripettae (v. notam praecedentem.).

Velut Fori Romani formae delineatae a Caristio (1811), Fea et Angelinio (1838), Dutertio (1876), Palatini a Thonio (1828), Zangolinio (apud Lancianium et Viscontium *guida del Palatino*, 1873) Deglanio (1888) in usum vocatae sunt: ceteras singillatim hic enumerare non attinet, cum in Nomenclatore mentionem earum fecerimus. Aegre ferimus quod formae duae praestantes in usum vocari non potuerunt, altera Fori Romani a Cicconettio ante aliquot annos delineata, sed nescio quam ob causam nunquam in publicum edita*), altera aedificiorum Palatinorum iussu curatorum rei litterariae maximo modulo (1 : 500) a Giammitio peritissime delineata, quam mox in publicum editum iri speramus. Utriusque enim copia nobis tum demum facta est, cum tabula tertia operis tradita et iam fere absoluta fuit, ita ut ad corrigendos tantum et emendandos aliquot locos eas adhibere potuerimus.

Modulus tabularum I et II nimis exiguus est quam ut aedificiorum rudera ea accuratione delineari potuerint, quam architecti desiderant: sed cum eius regionis quae praeter ceteras et celebris est et effossionibus temptata, Forum Romanum dico et Fora Caesarum et montem Palatinum, imaginem modulo maiore exaratam tabula tertia exhibeat, praeterea autem thermarum aedificia pleraque, ad quae tabula tertia non pervenit, modulo maiore delineata sint in margine tabulae secundae, speramus fore ut aequis iudicibus hoc quoque nomine satis fecerimus. Quicumque autem plane his studiis se dederit, facere non poterit quin Lancianii tabulas et Caninae volumina et quae praeterea ab architectis magno modulo delineata sunt adhibeat.

Nomina locorum recepimus quotquot licuit propter spatii angustias. Id unum monemus, in signandis nominibus domorum privatarum, quorum ingentem numerum Lancianii tabulae continent, consulto parciores nos fuisse. Pleraeque enim indicationes illae nituntur testimonio fistularum plumbearum inscriptarum, quod caute omnino adhibendum est (v. quae exposuit Huelsen *Rhein. Mus.* 1894 p. 384 sq.).

Fines Septimontii et regionum Servianarum peculiari imaguncula in margine tabulae primae adumbravimus: accurate enim eos constituere nemo peritus spondebit. Limites regionum ab Augusto institutarum nuper accurate describere conatus est Lancianius (*ricerche sulle XIV regioni urbane*, *Bull. comun.* 1890 p. 115—137 cum tab. IX et X); et satis quidem constat de eis quibus intra pomerium regiones separantur (pauca mutavimus secundum ea quae exposuit Huelsen *Roem. Mitth.* 1891, 83. 1892, 307; Rhein. Mus. 1894, 422), multo minus de finibus exteris urbis. Nam quod vulgo ponitur. eos congruere cum muris Aureliani quippe qui exstructi sint in ipso pomerio antiquiore quod aedificiis vacaverit, nequaquam verum esse inquirentibus facile patebit. Moenium enim circuitus situi ac naturae locorum accommodandus fuit, cuius rationem fines externi regionum multo minus habuerunt. Ea diversitas maxime perspicua est in regione prima, cui notitia Constantini aetate conscripta attribuit tam *templum Martis* situm extra portam Appiam passus fere ducentos, quam *flumen Almonis* duplo intervallo ab urbis moenibus fluens. — Regionem septimam versus septentrionem pertinuisse ultra moenia Aureliani, quae sequuntur marginem collis hortorum, inde probatur quod termini duo pomerii, alter Vespasiani XXXI in meridionali parte hortorum Borghesiorum, alter Claudii in vinea Naria extra portam Salariam, item ara posita a *magistris vici Minervi regionis septimae* in villa Pelucchia extra portam Pincianam reperta sunt. — Regionis quintae limites meridiem versus minime congruere cum linea recta illa, quam Aurelianus ab amphitheatro castrensi ad fornices aquarum Marciae et Claudiae duxit, comprobatur effossionibus nuper

*) *Pianta del Foro Romano con le più recenti scoperte fino all' Aprile* MDCCCLXXXIV. Est folium singulare magnum (m. 0, 55 × 0,80) heliographice exscriptum: exemplum nuper inlatum est in Bibliothecam Instituti Archaeologici.

ipsa moenia institutis*). Sed quaestio difficillima de finibus urbis regionum quattuordecim ante Aureliani aetatem hoc loco tractari nequit, eaque num unquam ad liquidum perduci possit, valde dubium est.

Nova inventa pauca in tabulis nostris primum proponi consentaneum est: de duabus tantum rebus hoc loco lectores monere volumus. Navalia antiquiore aetate sita fuisse sub Aventino, non longe a Foro Boario, propediem exponet Huelsenus in Actis academiae pontificiae. Basilica autem Matidiae et Marcianae, quam effinxit Lancianius et in *bull. comun.* 1883 tab. I. II. et in Forma Urbis f. 15, a nobis consulto praetermissa est, cum coniecturae a Lanciano propositae iusto fundamento carere nobis videantur.

Indicibus tam nominum recentiorum quam antiquorum formas eiusmodi carere non posse consentaneum est: sed operis nostri condicio ea est, ut subsistere noluerimus in enumerandis nominibus eis quae in tabulis nostris signata sunt. Non pauca enim, ut diximus, propter spatii angustias inviti omisimus; alia signare noluimus eam ob causam, quod de situ in universum satis constat, neque tamen locus ea accuratione quam in forma desideres, indicari potest. Itaque commodo lectorum nos inservituros esse speramus congestis universis nominibus locorum Urbis Romae quae ex antiquorum scriptorum et titulorum testimoniis innotuerunt. Unde evasit Nomenclator topographicus, quem habes in paginis 1—102 Huelseni opera confectum. Erunt qui reprehendent quod nimis multa recepimus exigui momenti nomina; aliis fortasse parciores videbimur fuisse in eligendis nominibus ad res sacras potissimum spectantibus. Neque tamen aras omnes vel statuas quarum mentio fit recensere nobis propositum fuit, sed eas tantum, quae locis publicis, non in aedibus vel templis positae erant; neque ex sacrificiorum nota unaquaque in hemerologiis servata sacelli vel arae nomen effingendum esse credimus. Testimonia antiqua praeter pauca nomina celeberrima**) — nam locos omnes quibus Fori vel Comitii vel Capitolii mentio fit, eiusmodi indici inserere et molestum est et inutile — omnia enumeravimus: ea enim est paucitas testimoniorum, ut id sine molestia perfici potuerit. Ex scriptoribus mediae quae dicitur aetatis: libro pontificali, actis Sanctorum, diplomatis et similibus, consulto pauca citavimus. De copia vero ingenti scriptorum recentiorum pauca seligenda erant, ne nimia mole opus ipsum periret. Citavimus igitur eos praecipue libros, ex quibus pleniorem apparatum commode desumas. Inter quos primarium locum sibi vindicat Jordani topographia, quod opus auctoris morte interruptum mox absolutum iri speramus: ubi Jordani volumina deficiunt, Beckeri egregium opus et descriptionem Urbis Romae moderante Bunseno olim editam continuo laudavimus. Lectoribus non paucis commodo id accessurum esse confidemus, quod tria illa opera primaria iustis indicibus instructi non sunt. Praeterea astygraphiam Gilberti saepe citavimus, non quo probaremus viam ac rationem quam ille in enarranda Urbis historia ingressus est, sed quia in tribus eius voluminibus (doctis Juppiter et laboriosis) tam veterum testimoniorum quam recentium scriptorum maximam copiam congestam invenies. Contra Ottonis Richteri libellum egregium, quo nemo qui hisce studiis vel subitariam operam impendere voluerit, iusto carere poterit, raro citavimus: exiguae

*) Cf. Lanciani *Itinerario di Einsiedeln* p. 59 (*Mon. dei Lincei* I p. 491): *in questi ultimi tempi, spurgandosi sino al piano antico il piede delle mura della città, fra le porte di S. Giovanni e Maggiore, sono tornati in luce avanzi di grandiose costruzioni variane* (aedificiorum scilicet quae creduntur pertinuisse ad hortos Varianos) *troncate della mura stesse. Avendoli delineati in corrispondenza con quelli già noti, fui sorpreso di riconoscere come essi servano di perfetto 'trait d' union' fra i due gruppi di fabbrica entro e fuori le mura, di modo che se ne ottiene ora un gruppo solo grandissimo, e paragonabile nella lunghezza e nella potenza dei pareti alle più nobili ville del nostro territorio.*

**) ad vias publicas quae ab urbe ordiuntur neque testimonia antiqua neque opera recentia in hoc indice adscribi nemo peritus mirabitur. Sufficit hoc loco ad ea revocare quae disseruerunt Westphal (*die römische Kampagne in topographischer und antiquarischer Hinsicht,* Berolini 1829. 4) Nibby (*analisi storico-topografico-antiquaria della carta dei dintorni di Roma*; ed. 2, Romae 1849, 3 vol. 8; praesertim vol. III p. 492—647 s. v. *vie*) Canina (*edifizi di Roma antica* vol. V. VI).

enim molis est, ita ut eis quae a nobis citantur non ita multa addat, et indice accurato praeditus. Sedulo denique curavimus, ut dissertationes quae post editos hosce libros ultimis sex annis lucem viderunt, suis locis indicarentur*).

Scripta tam antiquorum quam recentium auctorum titulis breviatis fere semper citanda erant: et quamquam sic quoque pleraque perspicua per se erunt, eorum qui saepius citantur laterculum componere non supersedimus, eis fortasse qui tirocinium in hisce studiis ponunt non inutilem.

AVCTORES ANTIQVI.

Chronographus a. 354 citatur secundam editionem iteratam Mommseni (Monumenta Germaniae auct. antiquiss. vol. IX Berolini 1892 p. 143—148).

Descriptionem murorum Honorianam diximus eam quam Jordanus ex codice Einsidlensi edidit *Topogr.* II p. 578—580 et coniecturae Ammoni geometrae attribuit.

Festus de verborum significatione cum Pauli epitome citantur ad paginas editionis Muellerianae.

Notitiam (et Curiosum) urbis Romae saeculo quarto conscriptam citavimus secundam editionem Jordani *Topogr.* II, 539—574, quippe quae parabilior sit et in plurium manibus quam altera postea edita et quibusdam locis emendata in prolegomenis ad formam urbis Romae p. 49—54. Notit. append. dicitur nobis appendix prior titulo carens p. 565—571, Notit. breviar. appendix altera ib. p. 571—574.

Placidi glossae citantur ad paginam editionis a Deuerlingio curatam (Lipsiae 1875).

Polemii Silvii laterculum citavimus ad paginas editionis Mommsenianae secundae (Mon. Germ. auct. antiquiss. IX p. 511—551).

Varronis libros de lingua latina citavimus ad paragraphos editionis Spengelianae secundae (Berolini 1885).

INSCRIPTIONES.

CIL = Corpus inscriptionum Latinarum consilio et auctoritate Academiae regiae Berolinensis editum. Berolini 1863 sq. fol. [Voluminis VI, quod complectitur inscriptiones urbis Romae, pars prima (n. 1—3925) edita est a. 1876, secunda (n. 3926—15126) a. 1882, tertia (n. 15127—24320) a. 1886, quartae fasciculus prior (n. 24321—30681) a. 1895, quinta (inscriptiones falsae n. 1*—3643*) a. 1885.]

Ephemeris epigraphica Corporis inscriptionum Latinarum supplementum, edita iussa Instituti archaeologici Romani. Vol. I—VIII, 2. Berolini 1872—1892.

J. B. de Rossi, inscriptiones christianae urbis Romae septimo saeculo antiquiores. Vol. I. II, 1. Romae 1857—1888 fol.

J. B. Donii inscriptiones antiquae nunc primum editae cura A. Fr. Gori. Florentiae 1731 fol.

Kaibel IGI = Inscriptiones Graecae Siciliae et Italiae. Berolini 1890. fol.

Bas. Capit. dicitur basis a magistris vicorum regionum I. X. XII. XIII. XIV Hadriano dicata a. 136 (CIL. VI, 975): citavimus ad apographum Jordani editum Topogr. II 585—587.

Hemerologia anni Juliani recognita sunt a Mommseno secundis curis in corporis inscriptionum vol. I ed. altera (Berolini 1893.) p. 203—339.

FUR = Forma urbis Romae regionum XIV. Edidit H. Jordan. Berolini 1874. fol.

NVMMI.

In citandis nummis adhibuimus potissimum libros Coheni nuper iterum recognitos (*Monnaies de la république romaine . . . par* E. Babelon. Parisiis 1885—1886 2 vol. 8; *Monnaies frappées sous l'empire* Parisiis 1880—1892. 8 vol. 8⁰).

LIBRI RECENTIORES.

Numerus nude positus ad paginas remittit.

Aem. Aust, de aedibus sacris populi Romani Diss. Marburg. 1889. 8.

Becker = A. W. Becker, *Handbuch der römischen Alterthümer. Erster Theil.* Lipsiae 1843. 8.

Becker *TiR* = *Die römische Topographie in Rom. Eine Warnung von* W. A. Becker. Lipsiae 1844. 8. — *TiR II* = *Zur römischen Topographie. Antwort an Herrn Urlichs.* Lipsiae 1845. 8.

O. Benndorf et R. Schoene, *Die antiken Bildwerke des lateranensischen Museums.* Lipsiae 1867. 8.

B. R. = *Beschreibung der Stadt Rom von* E. Platner, C. Bunsen, E. Gerhard, W. Röstell, L. Urlichs. 3 vol. (6 partes). Stuttgart 1830—1842.

*) de eis quae a. 1887—1892 publici iuris factae sunt cf. quae composuit Huelsen in ephemeride Instituti Archaeologici Romani (*Jahresbericht über neue Funde und Forschungen zur Topographie der Stadt Rom: Röm. Mittheilungen* 1889, 227—291. 1891, 73—150. 1892, 265—331. 1893, 259—325).

L. Canina, *gli edifizi di Roma antica.* Vol. 6 fol. max. (I. III. V *testo*, II. IV. VI *tavole*) Romae 1848—1856.

L. Canina, *la prima parte della Via Appia dalla porta Capena a Boville.* Romae 1853. 2 vol. 4.

Comm. Mommsen. = Commentationes philologae in honorem Theodori Mommseni scripserunt amici. Berolini 1877. 4.

F. Dutert, *le Forum Romain et les Forums de Jules César, d'Auguste etc.* Paris. 1876. fol.

A. Elter, de forma urbis Romae et de orbis antiqui facie. Progr. Bonnensia duo 1891. 4.

Gilbert = O. Gilbert, *Geschichte und Topographie der Stadt Rom im Altertum.* 3 vol. Lipsiae 1883—1890. 8.

Hirschfeld VG. = O. Hirschfeld, *Untersuchungen auf dem Gebiete der römischen Verwaltungsgeschichte.* I. Berolini 1877. 8.

Jordan = H. Jordan *Topographie der Stadt Rom im Alterthum.* I, 1. 2. II. Berolini 1871—1885. 8.

H. Jordan, de Vortumni et Consi aedibus Aventinensibus. Progr. Regiomont. 1879. 4.

Lanciani *acque* = *Topografia di Roma antica; i comentarii di Frontino intorno le acque e gli aquedotti; silloge epigrafica aquaria.* Romae 1880. 4.

R. Lanciani, *ancient Rome in the light of modern discoveries.* Londinii 1888. 8.

R. Lanciani, *pagan and christian Rome.* Londinii 1892. 8.

R. Lanciani, Forma urbis Romae. V. p. V not.

P. Letarouilly, *le Vatican et la basilique de St. Pierre de Rome.* Parisiis 1882. 2 vol. fol. max.

J. H. Middleton, *the remains of ancient Rome.* Londinii 1892. 2 vol. 8.

Mommsen RGDA = Res gestae Divi Augusti ex monumentis Ancyrano et Apolloniensi iterum edidit Th. Mommsen. Berolini 1883. 8 cum tab. XI. 4.

Mommsen *St. R.* = *Römisches Staatsrecht.* 3 vol. Berolini 1887—1888. 8°.

Montiroli v. Ravioli.

P. Narducci *la fognatura della città di Roma.* Romae 1889. 4. V. p. V. not.**

J. H. Parker, *the primitive fortifications of the city of Rome.* 2. edit. Oxonii 1878.

G. B. Piranesi, *le antichità Romane,* Romae 1756. 4 vol. fol. max.

L. Preller, *die Regionen der Stadt Rom.* Jena 1846.

C. Ravioli, *ragionamento del Foro Romano ed i principali suoi monumenti.* — G. Montiroli, *osservazioni sulla topografia della parte meridionale del Foro Romano.* Romae 1859. 8.

Reber = *Die Ruinen Roms* von Dr. Franz Reber. Editio altera. Lipsiae 1879. 4.

Restaurations des monuments antiques par les architectes pensionnaires de l'Académie de France. Parisiis 1877—1890. 7 vol. fol. max.

F. Richter et A. Grifi, *il ristauro del Foro Traiano.* Romae 1839. fol.

O. Richter *Top.* = *Topographie der Stadt Rom.* Noerdlingen 1889. 8 (liber separatim excusus ex I. v. Muelleri *Handbuch der klassischen Alterthumswissenschaft* vol. III).

O. Richter, *die Befestigung des Ianiculum.* Progr. Berolin. 1882. 4.

O. Richter, *Rekonstruktion und Geschichte der römischen Rednerbühne.* Berolini 1884. 8.

O. Richter, *die älteste Wohnstätte des römischen Volkes.* Progr. Berolin. 1891. 4.

P. Rosa *relazione* = *Sulle scoperte archeologiche della città e provincia di Roma negli anni 1871—72. Relazione presentata a S. E. il Ministro di Pubblica Istruzione dalla R. Sopraintendenza degli scavi della provincia di Roma.* Romae 1873. 8.

L. Rossini, *gli archi trionfali onorarii e funebri degli antichi Romani.* Romae 1836. fol. max.

G. L. Taylor, *architectural antiquities of Rome, taken in 1817. 18. 19.* Iterum editae Londinii 1874. fol.

Triplice ommaggio *alla Santità di Papa Pio IX offerto dalle tre romane Accademie.* Romae 1877. 4.

L. Urlichs *Tl.* = *Römische Topographie in Leipzig. Ein Anhang zur Beschreibung der Stadt Rom.* Stuttgart 1845. — *Tl. II* = *Zur römischen Topographie. Antwort an Herrn Becker.* Bonnae 1845. 8.

G. Valadier, *Raccolta della più insigni fabbriche di Roma antica.* Romae 1810—1826. 5 fasc. fol. max.

C. L. Visconti et R. A. Lanciani, *guida del Palatino.* Romae 1873. 8.

EPHEMERIDES ET SIMILIA.

Ann. Ist. = *Annali dell' Istituto di corrispondenza archeologica.* Romae 1829—1885. 8.

Archaeologia or miscellaneous tracts relating to antiquity, published by the society of antiquaries of London. Londinii 1782—1895. 54 vol. 4.

Archäologische Zeitung, herausgegeben vom K. D. Archäologischen Institut. 43 vol. 4. Berolini 1843—1885.

Archivio della R. Società romana di storia patria. Vol. I—XVII. Romae 1878—1894.

Atti (Dissertazioni) della pontificia Accademia Romana di Archeologia Ser. I 15 vol. 4. Romae 1821—1864. Ser. II vol. 1—5 ibid. 1881—1895.

Bullettino di archeologia cristiana del Comm. G. B. de Rossi. Romae 1863—1895. 7 v. 4, 22 v. 8.

Bull. com. = *Bullettino della commissione archeologica communale* (a. I—IV *della comm. arch. municipale*) *di Roma.* Vol. I—XXIII 1872—1895.

Bull. Ist. = *Bullettino dell' Instituto di corrispondenza archaeologica.* Romae 1829—1885. 8.

La Civiltà cattolica. Ser. I—XVI. Romae 1852—1895. 8.

Gazette archéologique . . . publiée par I. de Witte (et F. Lenormant). Parisiis 1875—1889. 15 vol. 4.

Hermes. Zeitschrift für classische Philologie. Berolini 1866—1895. 30 vol. 8°.

Jahrbuch des K. D. Archäologischen Instituts. Vol. I—X. Berolini 1886—95. 4.

École française de Rome. Mélanges d' Archéologie et d'histoire. Vol. I—XV. Romae 1881—1895. 8.

Mem. dei Lincei = *Memorie della classe di scienze morali, storiche e filologiche della R. Accademia dei Lincei.* Ser. III. 13 vol. 4. Romae 1877—1884.

Röm. Mitth. = *Mittheilungen des Kaiserlich Deutschen Archäologischen Instituts. Römische Abtheilung.* Vol. I—X. Romae 1886—1895.

Mon. dei Lincei = *Monumenti antichi pubblicati per cura della R. Accademia dei Lincei.* Vol. I—V. Mediolani 1890—1895. fol.

Not. d. scavi = *Notizie degli scavi di antichità communicate alla R. Accademia dei Lincei per ordine di S. E. il ministro della pubblica istruzione.* Romae (et Mediolani) 1876—1895. 4.

Philologus. Zeitschrift für das classische Alterthum. Gottingae 1846—1895. 54 vol. 8

Studj e documenti = *Studj e documenti di storia e diritto. Pubblicazione periodica dell' Accademia di conferenze storico-giuridiche.* Vol. I—XVI. Romae 1880—1895. 4.

Menda quin complura irrepserint in opus fere totum ex numeris et nominibus compositum, non dubitamus, quamquam in corrigendis plagulis non parvum laborem impendimus: sed difficultates excudendi libelli haud mediocriter inde auctas esse, quod auctor Romae moraretur, typographus Berolini, reputabunt aequi iudices, quibus totam nostra moperam commendatam esse volumus.

Dabamus Berolini et Romae m. Aprili a. 1896.

H. Kiepert.

Ch. Huelsen.

Addenda et corrigenda.

p. 4 *s. v.* **Aquae pensiles** *pro:* III Hf *scribe* III Gf.

p. 8 *post* Area Calles *insere:*
Ar[e]a Callisti — Incr apud Sponium miscell. erud. antiquitatis (Lugdun. 1685 fol.) p. 300.

p. 9 *post* Area Saturni *insere:*
Area Severi (?) — FUR. fr. 46. 47.

p. 14 *post* **Basilica Ulpia** *insere:*
Basis Q. Marci Regis in Capitolio post aedem Iovis O. M. — Dipl. hon. miss. III (a. 64) — Jordan I, 2, 56.

p. 23 *post* **Crypta Balbi** *insere:*
Curia Acculeia — Varro l. l. VI, 23. — Gilbert I, 56. II. 104; Mommsen CII. I[2] p. 338.

p. 25 *post* Domus C. Aquilii *insere:*
Domus Atheodotenis — Inscr. apud Sponium l. c. p. 300.

p. 25 *s. v.* **Domus Augustana** *adde:* Huelsen *Röm. Mitth.* 1895, 252—276.

p. 25 *s. v.* **Domus aurea Neronis** *pro:* *Röm. Mitth.* 1891, 289 *scribe* 1892, 289.

p. 28 *s. v.* **Domus Liviae** *adde:* Huelsen *Röm. Mitth.* 1895, 271 sq.

p. 29 *s. v.* **Domus Postumiorum** *pro:* III CDm *scribe* II Dm.

p. 29 *s. v.* Domus Proculi adde: Huelsen *Röm. Mitth.* 1895, 27.

p. 32 *s. v.* **Equirriorum campus** *pro:* I Gik *scribe* I Fi-Gk.

p. 37 *s. v.* Hercules olivarius *adde:* Inscr. *Not. d. scavi* 1895, 458.

p. 37 *s. v.* **Hippodromus Palatii** *adde:* Huelsen *Röm. Mitth.* 1895, 276—283.

p. 41 *post* **Inter duos pontes** *adde:*
Juppiter Africus (sacellum s. basis I. A. ?) in Capitolio — Dipl. hon. miss XII (a 76) XVII (a 85). — Jordan I, 2, 47. 56.

p. 67 *s. v.* **Saepta Julia** *adde:* Inscr. apud Fabrett. 522, XXV.

p. 69 *s. v.* **Sepulcrum Galbae** *excidit nota loci:* I Qhi.

p. 93 *s. v.* **Vallis Murcia** *adde:* Polem. Silv. 545.

Litteris crassioribus in Nomenclatore signata sunt nomina locorum quae in tabulis inveniuntur.

Nomenclator Topographicvs.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Adonaea		FUR. fr. 44; Philostr. vit. Apoll. Tyan. VII, 32.	Becker 434; *B. R.* III, 1,90; Canina *edif.* IV tab. 304; Huelsen *Röm. Mitth.* 1890, 77.
Aedes thensarum in Capitolio prope t. Iovis		Dipl. hon. miss. CIL. III p. 845 n. II. p. 1963 n. XVI.	Jordan I 2, 52; Gilbert III, 160. 189.
Aedes deorum v. templa			
Aediculae v. etiam sacella			
Aedicula capraria		Notit. reg. VII.	Gilbert III, 377.
Aedicula Faustinae	III Eg	CIL. VI. 1019.	Reber 80; Jordan I, 2, 367; Middleton *rem. of A. R.* I, 340; Huelsen *Röm. Mitth.* 1893, 284.
Aedicula Vestae in foro	III Dk	Inscr. *Not. d. scavi* 1882, 220, *bull. com.* 1882, 149.	Jordan Top. I, 2, 290, *Tempel der Vesta* p. 25—28 et in tab. XI imaginem.
Aedicula Vestae in Palatio		Ovid. fast. IV, 951, met. XV. 864; hemerol. Praen. ad III kal. Mai.	Lanciani *bull. com.* 1883, 198—205; Gilbert III, 177; Dutert *Gazette archéol.* 1888, 151; Huelsen *Röm. Mitth.* 1889. 185.
Aedicula Vicae Potae in Velia		Liv. II, 7, 12; Plutarch Popl. 10; Ascon. in Pison. 52.	Becker 250; Gilbert I, 106. 156.
Aedic. Victoriae Virginis in Palatio		Liv. XXXV, 9, 6.	Becker 252.
Aemiliana		Varro r. r. III, 2; Tacit. ann. XV, 40; Sueton Claud. 18; inscr. Grut. 642, 2.	Becker 643; *B. R.* III, 3. 150; Gilbert III. 378.
Aeolia v. Balneum Lupi			
Aequimelium	III Gg	Varro l. l. V. 157; Cic. de domo 101, de divin. II, 39; Liv. IV, 16, 1; XXIV, 47, 15. XXXVIII, 28, 3; Dionys. XII, 4.	Jordan I, 2, 62; Gilbert I, 257.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Aerarium Saturni		Varro l. l. V, 183; Solin. I, 12; Serv. ad Aen. VIII, 322.	Jordan I, 2, 363; Gilbert III, 160.
Aesculetum (v. vicus Aesculeti)	I Ki	Varro l. l. V, 152; Plin. XVI, 37.	Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 267.
Agger Servi Tulli	I Dr-Js	Cicero de rep. II, 11; Varro ap. Censorin. 17; Horat. sat. I, 8, 13; Strabo V, 234; Dionys. IV, 54. IX, 68; Plin. III, 67. XXXVI, 104; Juvenal. VIII, 43; vita Elagab. 29; CIL. VI, 9821.	Pinder et Bergau *Ann. Ist.* 1862, 126 sqq; Bergau Philologus XXV (1867) 648—651; Lanciani *Ann. Ist.* 1871, 40—85, *bull. com.* 1874, 199 sq., *Anc. Rome* 65. 301; Jordan I, 1, 214—221; Richter *Steinmetzzeichen* 7—11. 35; Gilbert II, 284—290.
Almo	I } II } Vk-Vv	Cic. de nat. deor. III, 52; Ovid. Met. XIV, 329. fast. IV, 337—340; Lucan. I, 600; Martial III, 47, 2; Stat. silv. V, 1, 222; Sil. Ital. VIII, 365; Ammian. Marcell. XXIII, 3, 7; Vib. Sequest. p. 2 Burs.; Claudian. de bell. Gild. 120.	Becker 519. *TiR.* II, 71; *B. R.* III, 1, 64; Urlichs *TiL.* 106; Jordan II, 112; Parker *primitive fortifications*[*] tab. 58; Lanciani *acque* 14. 15; Huelsen ap. Pauly-Wissowa *R. E.* I, 2, 1589.
Alta Semita	II Gn-Dq	Notit. reg. VI.	Becker 590; Lanciani *bull. com.* 1889, 332; Gilbert III 367; Huelsen *Rhein. Mus.* 1894, 387.
Amphitheatrum Castrense	II Mxy	Notit. reg. V.	Becker 552. 683; *B. R.* III, 1, 567. Canina *edif.* IV tab. 178. 179; Reber 533—535; Jordan II, 129.
Amphitheatrum Flavium	II Lop III BCop	Sueton. Vespas. 9. Titus 7; Martial. de spect. II, 5; Pausan. V. 12. 4; Cass. Dio LXVI, 25. LXXVIII, 25; Aurel. Victor Caes. 9, 7; vita Pii 5. Elagab. 17, Alexand. 24; Notit. reg. III; Chronogr. a. 354 p. 146 M.	Becker 681; *B. R.* III 1, 319—336 cum tab.; Canina *edif.* IV tab. 164—177; Taylor *architect. antiquit. of Rome* tab. 114—129; Jordan II, 319. 328; Reber 407—421; Lanciani *bull. com.* 1880, 211—282; Gilbert III, 331. Huelsen *bull. comun.* 1894, 312—324.
Anio novus	II Kx-Mz	Plin. XXXVI, 122; Frontin. I, 4. 14. 15. 18. 20. II, 68. 73. 86. 90. 91 .93. 104. 105. 125; CIL. VI, 1256. IX, 4051.	Jordan I, 1, 473; Lanciani *acque* 138—152; *Not. d. scavi* 1884. 155.
Anio vetus	I } II } Hs-Ly	Plin. XXXVI, 121; Frontin. I, 4. 6. 7. 9. 18. 21. II, 66. 80. 90. 92. 125; CIL. VI, 1243 cf. add. p. 847 et XIV, 4079. 4080; VI, 2345.	Jordan I, 1. 463; Lanciani *acque* 43—58.
Antrum Cyclopis	II Oq	Notit. reg. II (*atrium* C. Curios.)	Jordan II, 589; Gilbert III, 347.
Apollinar in pratis Flaminiis	I Kkl	Liv. III, 63, 7.	Becker 605; *B. R.* III, 3, 20; Gilbert III, 69—71; Pascal *bull. comun.* 1893, 49.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Apollo caelispex		Notit. reg. XI.	Jordan II, 266.
Apollo Sandaliarius		Sueton. Aug. 57; Notit. reg. IV; inscr. *bull. com.* 1877, 162.	Becker 561; Jordan II, 100.
Appiades in foro Iulio		Ovid a. a. I, 79. III, 451, remed. 660; Plin. XXXVI, 33.	Jordan I, 2, 440; Gilbert III, 226; Wernicke ap. Pauly-Wissowa *R. E.* II, 1, 238.
Aqua Alexandrina		Vita Alexandri 25; Notit. append; Polem. Silv. 545. 546.	Jordan I, 1, 477—479; Lanciani *acque* 168—177.
Aqua Alsietina	II Nef	Frontin. I, 4. 11. 18. 22. II, 71. 83; Notit. append.; Polem. Silv. 545. 546.	Jordan I, 1, 472; Lanciani *acque* 130 — 132; Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 289.
Aqua Annia		Notit. append.; Polem. Silv. 545 *(Anena)*.	Jordan II, 224; Gilbert III, 227.
Aqua Antoniniana	II Ro-Ss	Notit. append.; Polem. Silv. 545.	Jordan I, 1, 476; Lanciani *acque* 103—106.
Aqua Appia	II } Kv. Oo-Nl III }	Plin. XXXVI, 121; Frontin. I, 4. 5. 9. 18. **22**; II, 65. 79. 126, Notit. app.; Polem. Silv. 545, CIL. XI, 1827 = I² p. 192 n. X.	Jordan I, 1, 462; Lanciani *acque* 34—42.
Aqua Attica		Notit. append.; Polem. Silv. 545.	Jordan II, 224; Gilbert III, 277.
Aqua Augusta (Alsietina)	II Nef	Notit. append.; Polem. Silv. 545; CIL. VI, 31566 = XI, 3772a.	Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 289.
Aqua Aurelia		Notit. append.; Polem. Silv. 545.	Jordan II, 228. I, 1, 480; Gilbert III, 277.
Aqua Ciminia		Notit. append.; Polem. Silv. 545.	Jordan I, 1, 480. II, 228; Gilbert III, 277.
Aqua cernens		Notit. reg. VIII.	Jordan I, 2, 472.
Aqua Caerulea		Notit. append.; Polem. Silv. 545. Cf. Frontin. I, 14; CIL. VI, 1256-58.	Jordan I, 1, 479. II, 225; Lanciani *acque* 65, 134.
Aqua Claudia	II LMyz	Plin. XXXVI, 122; Frontin. I, 4. 13. 14. 15. 18. 19. 20. II, 69. 72. 74. 76. 87. 89. 91. 104. 105; Notit. app.; Polem. Silv. 545. 546; CIL. VI, 1256—1259. 3886.	Jordan I, 1, 473; Lanciani *acque* 133—137. 144—162; *Not. degli scavi* 1885, 22; *bull. com.* 1886, 406. 1888, 400.
Aqua conclusa (in Esquiliis)		Inscr. *bull. com.* 1880, 55.	Jordan *bull.* l. c.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Aqua Damnata		Notit. append.	Jordan I, 1, 480. II 225; Lanciani *acque* 113.
Aqua Dotraciana		Polem. Silv. 545.	Jordan I, 1, 480. II, 225.
Aqua Drusia		Polem. Silv. 546.	
Aqua Herculea		Not. append.; Polem. Silv. 545.	Jordan I, 1, 479. II, 224.
Aqua Jovia	II Ro-Ss	Liber pontif. vita Hadrian. 61 p. 504 Duch. Sergii II p. II p. 91 Duch.; Anon. Einsidl.	Jordan I, 480. II, 228; Lanciani *acque* 103—107.
Aqua Julia	II Es-Ky	Frontin. I, 4. 9. 18. 19. II, 68. 69. 76. 83. 125; Notit. append; Polem. Silv. 545. 546.	Jordan I, 1, 466 sq.; Lanciani *acque* 83—98, 102 sq., *bull. com.* 1885, 131.
Aqua Marcia	I, II Dr-Ky	Frontin. I, 4. 7. 9. 12. 13. 14. 18. II, 67. 68. 76. 87. 91. 92; 93. 125; Vitruv. VIII, 3, 1; Plin. XXXI, 41. XXXVI, 121. Martial. IX, 18, 8; Notit. app.; Polem. Silv. 545. 546.; CIL. VI, 1245—1251 cf. add. XIV, 4075—4078, 4081; nummus Babelon Marcia 28.	Jordan I, 1, 465; Lanciani *acque* 58—80, 80—101; Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 235.
Aqua Pinciana		Inscr. tubi plumb. ap. Lancian. *acque* p. 225 n. 93.	Jordan II, 228; Lanciani *acque* l. c.
Aqua Severiana		Notit. append.; Polem. Silv. 545.	Jordan I, 1, 477. II 227.
Aqua Tepula	I, II Dr-Ky	Plin. XXXVI. 121; Frontin. I, 4. 8. 9. 18. 19. II, 68. 69. 82. 125, Notit. append.; Polem. Silv. 546.	Jordan I, 1, 466; Lanciani *acque* 81—83. 86—103.
Aqua Traiana	II Ma-Me	Notit. append.; Polem. Silv. 545. 546; CIL. VI, 1260; nummi Cohen Traian. n. 20—22.	Jordan I, 1, 475; Lanciani *acque* 162—168.
Aqua Virgo	II Al-Gk III Aa	Frontin. I, 4. 10. 18. 22. II, 70. 84. Plin. XXXI, 42. XXXVI, 121; Cass. Dio LIV, 11; Notit. append.; Polem. Silv. 545. 546; Cassiodor var. VII, 6; CIL. VI, 1252—1254; *bull. com.* 1881, 197.	Jordan I, 1, 471; Lanciani *acque* 120—128, *bull. com.* 1883, 6, 51; Gatti *bull. com.* 1888, 61—67; Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 269.
Aquae pensiles	III Hf	Pictura antiqua ap. Bartolinum vestig. vet. Rom. p. 1.	
Aquilenses v. vicus Longi Aquilae			
Ara Aii Locutii		Cic. de div. I, 45; Varro ap. Gell. XVI, 17; Plut. Camill. 13. de fort. Rom. 5.	Becker 244; Gilbert II, 115; Lanciani *Guida del Palatino* 74, *Pagan and Christian Rome* 71—73, *Röm. Mitth.* 1894, 33; Mommsen ad CIL. I, 632 = VI, 110 c. add. 30694.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Ara Augusti		Hemerol. Praen. ad XVI kal. Febr.	Mommsen CIL. I² p. 308.
Ara Cereris et Opis in vico Jugario		Hemerol. Amit. Vall. ad IV id. Aug.	Becker 487; Gilbert III 417; Mommsen CIL I² p. 324.
Ara Consi	I On III Jp	Varro l. l. VI, 20; Tac. ann. XII, 24; Plut. Rom. 14; Tertull. de spect. 5.	Becker 468; Jordan Eph. ep. III p. 63; Gilbert I, 72; Mommsen CIL I² p. 326.
Ara Ditis in Tarento	I } II } Gf	Festus 329; Zosim. II. 4.	Becker 629; *Not. d. scavi* 1887, 180, *bull. com.* 1887, 276. Lanciani *Monum. dei Lincei* I, 540—548; Huelsen *Röm. Mitth.* 1891, 127.
Ara Febris in Esquiliis		Valer. Max. II, 5, 6.	Becker 82. 421; Jordan I, 1, 149; Gilbert I, 62. 98.
Ara Febris in Palatio		Cic. de nat. deor. III, 63. de leg. II, 28; Plin. II, 7; Valer. Max. VI, 9, 14.	
Ara Febris in summo vico longo		Val. Max. II, 5, 6.	
Ara Fortunae Reducis ad portam Capenam		Mon. Ancyr. II, 29 (Graec. VI, 7); hemerol. Amitern. Cuman. ad XVIII kal. Jun. et IV id. Oct.; Cass. Dio LIV, 10; numi Cohen August. n. 102—108.	Mommsen RGDA² 46 sq.; CIL. I² p. 332.
Ara Fortunae Restitutricis in castris praetoriis	II Ct	Inscr. *Not. d. scavi* 1888, 108, *bull. com.* 1888, 109 = CIL. VI, 30872.	
Ara gentis Iuliae in Capitolio		Dipl. hon. miss. CIL. III S. n. IV—X (a. 68—71).	Jordan I, 2, 56; Mommsen CIL. III S p. 2034.
Ara Herculis Maxima	I } II } Ml III Ji	Ovid fast. I, 576; Dionys. I, 40; Serv. ad Aen. VIII, 271; Tacit. ann. XII, 24. XV, 41. CIL VI, 315. cf. 313. 314—319.	De Rossi *Ann. dell' Ist.* 1854, 28 sq.; Jordan I, 2, 491; Gilbert I, 78—92. III, 433; Huelsen *Röm. Mitth.* 1892, 294.
Arae incendii Neroniani in Quirinali	II Go	CIL. VI, 826 = 30833 *b*.	Lanciani *bull. com.* 1889, 331—335 cum tab. X; Huelsen *Röm. Mitth.* 1891, 116—118. 1894, 94—97.
in Aventino		CIL. VI, 826 = 30833 *c*.	Huelsen *Röm. Mitth.* 1894, 94—97.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Ara Larum praestitum	III Ei	Ovid fast. V, 130; Tac. ann. XII, 24.	Richter *älteste Wohnstätte des röm. Volkes* 10.
Ara Martis in campo	I, II Hk; III Db	Liv. XXXV, 10, 12. XL, 45, 8; Festus 189.	Becker 629; *B. R.* III, 3, 16; Gilbert I, 289.
Ara Pacis Augustae	II Ek	Monum. Ancyr. II, 36; Ovid Fast. I, 709. Cass. Dio LIV, 25. 35; hemerol. Praen. Caer. ad III k. Febr., Amit. Antiat. ad IV non. Jul.; acta Arval. a. 38.	Becker 642; v. Duhn *Ann. dell' Ist.* 1881, 302—342; Mommsen CIL I^2 p. 320; Petersen *Röm. Mitth.* 1894, 171—228.
Ara Vermini	I Er	CIL. VI, 31057.	Lanciani *bull. com.* 1876, 24.
Arbor sancta		Notit. reg. II.	Gilbert III, 347.
Arcus Arcadii Honorii et Theodosii	II Ff	CIL. VI, 1196; Mirab. c. 5 ap. Jordan II, 608.	Jordan II. 413.
Arcus Augusti (victoriae Actiacae)	III Ei	Cass. Dio LI, 18; numus Babelon Vinicia 4.	Jordan I, 2, 211; Richter *Jahrb. d. Inst.* 1889, 151—162. *Antike Denkmäler* I tab. 27. 28; Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 244.
(victoriae Parthicae)		Cass. Dio LIV, 8; Schol. Veron. Vergil. p. 98; numus Cohen Aug. n. 82.	
A. Caelemontani v. Arcus Neronianı			
Arcus Claudii victoriae Britannicae	III Aa	CIL. VI, 920.	Becker 597; *B. R.* III, 3, 91; Jordan II, 418; Lanciani *bull. com.* 1878, 14 sq.
Arcus Claudii aquae Virginis	II EFm	CIL. VI, 1252.	
Arcus Constantini	II Lo; III Dno	CIL. VI. 1139.	Rossini *archi trionfali* tab. 67—73; Becker 531; *B. R.* III, 1, 314; Canina *edif.* IV tab. 248—250; Petersen *Röm. Mitth.* 1889, 314—339. Huelsen l. c. 1891, 93.
Arcus Divi Constantini		Notit. reg. XI.	Jordan I. 2, 471.
Arcus Diocletiani (a. novus)	III Bb	Notit. reg. VII; inscr. ap. Marlianium f. 136' ed. 1534, cf. Matz et Duhn *Antike Bildw. in Rom* 3525 = CIL. VI 31383.	*B. R.* III, 3, 89. 90; Jordan II, 7. 102. 417. Huelsen *bull. com.* 1895, 46.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Arcus Dolabellae et Silani	II Nq	CIL. VI, 1384.	Becker 498; *B. R.* III, 1, 490; Jordan I, 475; Reber 404; Lanciani *acque* 101.
Arcus Domitiani		Sueton. Domit. 13. 23; Cass. Dio LXVIII, 1.	Gilbert III, 190.
Arcus Drusi	II Qq	Sueton. Claud. 1; Tac. ann. II. 83; Notit. reg. I.	Jordan I, 1, 365.
Arcus Drusi et Germanici in foro Augusti	III Bh	Tac. ann. II, 64; cf. CIL. VI, 911.	Jordan I, 2, 445; Gilbert III, 189.
Arcus Fabiorum v. Fornix Fabianus	III An III Dk		
Arcus Gallieni	II Js	CIL. VI, 1106.	Rossini *archi trionfali* tab. 65. 66; Becker 559; *B. R.* III, 2, 299; Canina *edif.* IV tab. 256; Reber 481.
Arcus Gordiani III	II Dt		Becker 560; *B. R.* III, 2, 220. III, 3, 435; Vespignani *bull. com.* 1872, 103; Lanciani ib. 234, tab. I. II.
Arcus Gratiani Valentiniani et Theodosii	II Fe	CIL. VI, 1184; Mirab. c. 5 ap. Jordan II, 608; Ordo Benedicti ap. Jord. II, 666.	*B. R.* III, 3, 85; Becker *TR.* II. 69; Jordan II, 413.
Arcus ad Isis	II Ls	Anaglyph. mon. Hateriorum CIL. VI, 19151.	Brunn *Ann. Ist.* 1849, 370; Benndorf - Schoene *Lateran* p. 232 n. 358; Gilbert III, 193.
Arcus Hadriani in via Lata (*Arco di Portogallo*)	II Ek		Rossini *archi trionfali* 47—49; Reber 285—287; Jordan II. 415; Gilbert III, 191; Lanciani *bull. com.* 1891, 18—23; Huelsen *Röm. Mitth.* 1892, 315. 1893, 304.
Arcus Lentuli et Crispini	II Nl	CIL. VI, 1385.	Lanciani *acque* 100; Gilbert III. 188.
Arcus Neronis in Capitolio		Tac. ann. XIII, 41. XV, 18; numi Cohen Nero 306 (Baumeister *Denkm.* p. 1873 n. 1973.)	Gilbert III, 190.
Arcus Neroniani (Caelemontani) aquae Claudiae	II Mn-Lx III Go-Fq	Frontin aq. I, 20. II, 76. 87; CIL. VI, 1259.	Becker 500; Reber 464; Lanciani *acque* 152—162.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Arcus novus v. a. Diocletiani	III Bb		
Arcus Septimi Severi in Foro	III Dh	CIL. VI, 1033.	Rossini *archi trionfali* tab. 50—59; Jordan I, 2, 213; Reber 102—107; Gilbert III, 191.
Arcus Septimi Severi in Foro boario v. Monumentum argentariorum			
Arcus Tiberii	III Eh	Tacit. ann. II, 41; CIL. VI, 906 cf. add.	Montiroli *osserv. sul Foro Romano* 12; Jordan I, 2, 212; Mommsen RGDA[2] 126.
Arcus Titi	III Dm	CIL. VI, 945.	Rossini *archi trionfali* tab. 31—37; Becker 444; *R. K.* III, 1, 309-311; Canina *edif.* IV tab. 246. 247. 250; Reber 397—400.
Arcus Traiani regione I	II Ss	Notit. reg. I; nummus Cohen Traian. n. 547 (Baumeister *Denkm.* p. 1873 fig. 1974).	Rossini *archi trionf.* tab. 26, 27; Becker 519; *R. K.* III, 1, 621. 685; Canina *edif.* IV tab. 244; Jordan I, 1, 365; Reber 461; Gilbert III, 191.
Arcus Traiani in foro Traiano	III Bg	Cass. Dio LXVIII, 29.	Jordan I, 2, 457; Petersen *Röm. Mitth.* 1889, 316.
Arcus Divi Veri	II Vs	Notit. reg. I.	Gilbert III, 191.
Arcus Vespasiani et Titi in Circo Maximo	III Jq	CIL. VI. 944; FUR. fr. 38.	Jordan FUR. p. 20, *Top.* II, 414.
Area Apollinis reg. I		Notit. reg. I; FUR. fr. 1 (?)	Jordan FUR. 57; Gilbert III, 317.
Area Apollinis in Palatio	III Em	Solin. I, 18; Acta lud. saecul. Sever. II, 23.	Becker 107, 427; Gilbert I, 98 — 100; Richter *älteste Wohnstätte des röm. Volkes* 8; Huelsen *Röm. Mitth.* 1890, 77. 1891, 75.
Area Calles		Notit. reg. I (om. Curios.)	Jordan II, 23.
Area Candidi	II Gp	Notit. reg. VI (om. Curios.)	Huelsen *Rhein. Mus.* 1894, 417.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Area Capitolina	I Kl III Ffg	Liv. XXV, 3, 14; Gellius II, 10; Tac. hist. III, 71 *alii.*	Jordan I, 2, 37—40; Richter *Hermes* XVIII (1883) 115-118. *Top.* 94; Gilbert III, 423—425.
Area carruces		Notit. reg. I.	Gilbert III, 347.
Area Concordiae	III Bk	Liv. XXXIX, 56, 6. XL, 19, 2; Obseq. 4.	Jordan I, 2, 339; Huelsen *Röm. Mitth.* 1893, 91.
Area Macari		Inscr. *bull. com.* 1887, 289.	
Area Palatina	II Ln III Flm	Josephus ant. XIX, 3, 1; Gell. XX, 1, 1; Notit. reg. X (om. Curios.)	Gilbert III, 424; Huelsen *Röm. Mitth.* 1890, 77.
Area pannaria		Notit. reg. I.	Gilbert III, 347.
Area radicaria	II Qq	FUR. fr. 3; Notit. reg. XII.	Jordan II, 107.
Area Saturni	III Eh	CIL. I, 636 = XIV, 153; cf. VI, 1265; VIII, 9249.	Jordan I. 2, 363.
Area Splenis		Notit. reg. I.	Jordan II, 23.
Area Volcani in comitio v. Volcanal	III Al		
Area Volcani reg. IV.		Notit. reg. IV.	
Argiletum	I, II JKno III Al III Bi	Varro l. l. V, 157; Vergil Aen. VIII, 350; Liv. I, 19, 2; Martial I, 117, 3. II, 17; Festus 334; Serv. ad Aen. VII, 607. VIII, 343.	Jordan I, 2, 351; Gilbert II, 87—92; Lanciani *bull. com.* 1890, 98—102.
Armamentarium		Notit. reg. II; CIL. VI, 10164.	Gilbert III, 333.
Armilustrium v. vicus Armilustri	I Pkl	Varro l. l. V, 153. VI, 3; Liv. XXVII, 37, 4; hemerol. Arv. Sab. Maff. Amit. Ant. XIV kal. Nov.; Plut. Rom. 23; Festus epit. 19; Notit. reg. XIII; CIL. VI, 802; inscr. apud Marlianum top. p. 65 ed. 1544.	Becker 450; *B. R.* III, 1, 410; Lanciani *bull. dell' Ist.* 1870, 88; Gilbert I, 131.
Arx Capitolina cf. Auguraculum-Templ. Concordiae-Iunonis Monetae-Veiovis.	I, II Jlm III Df	Varro l. l. VI, 92; Liv. IV, 18, 6. XXXIX, 15, 11; Macrob. Sat. I, 16, 15; Serv. ad Aen. VIII, 1; Festus epit. 103; Solin. I, 21.	Jordan I, 2, 102; Gilbert I, 267—270, 320—328; *Not. d. scavi* 1887, 113. 1889, 361. 1890, 215. 1892, 200; *Bull. com.* 1887, 175. 220. 275. 1892, 145. 146.

		Testimonia veterum auctorum	Commentationes recentiorum
Asylum	I Kl	Liv. I, 8; Dionys. II, 15; Ovid fast. III, 429; Strabo V, 230; Plutarch Rom. 9; Dio XLVII, 19; Vellei. I, 8, 5; Florus I, 1, 9; schol. Juven. VIII, 273.	Jordan I, 2, 117. 118; Gilbert I, 331. III, 401.
Athenaeum (in Capitolio?)		Cass. Dio LXXIII, 17; Victor Caes. 14; vita Pertin. 11. Alex. 35. Gordian. 3; Sidon. Apoll. IX, 14.	Jordan I, 2, 61; Gilbert III, 337.
Atrium Caci		Notit. reg. VIII.	Jordan I, 2, 482; Gilbert I, 50. III, 417.
Atrium Cyclopis v. Antrum C.	II Oq		
Atrium Libertatis		Cic. pro Mil. 59 ad Att. IV, 16; Granius Licin. 15; Ovid. fast. IV, 614; Liv. XXV, 7, 12. XXXIV, 44, 5. XLIII, 16, 13. XLV, 15, 5; Festus 241; Sueton. Aug. 29. Galba 20; Tac. hist. I, 31; CIL. VI, 10025.	Jordan FUR. p. 28. *Topogr.* I, 2, 460 sq.; Gilbert III, 162; Mommsen *Hermes* 23, 631; Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 240.
Atria Licinia		Cic. pro Quinct. 12. 25.	Jordan I, 2, 433; Gilbert III, 209.
Atrium Maenium		Liv. XXXIX, 44, 7; Ps. Ascon. ad Cic. div. in Caec. c. 16.	Jordan I, 2, 344; Gilbert III, 212.
Atrium Minervae (= Chalcidicum)		Cass. Dio LI, 22; Notit. reg. VIII.	Jordan I, 2, 255; Lanciani *mem. dei Lincei* XI (1883), 18; Huelsen *Röm. Mitth.* 1893. 280.
Atrium Regium		Liv. XXVI, 27, 3. XXVII, 11, 16.	Jordan I, 2, 299. 413; Gilbert I, 304.
Atrium Titianum		Liv. XXXIX, 44, 7.	Jordan I, 2, 344; Gilbert III, 212.
Atrium Vestae	II Ln III Ek	Ovid. fast. VI, 263; Festus 333. Gell. I, 12, 9; Plin. ep. VII, 19; Serv. ad Aen. VII, 153.	Jordan I, 2, 299. 427, *Tempel der Vesta* 25—40; Lanciani *Not. d. scavi* 1883, 468—470. 480—486; Auer *Denkschr. d. Wiener Ak.* 1888, II, 209—228; Gilbert I, 304—303. III, 408 sq.; Marucchi *Diss. dell' Acc. pontif.* 1890, 407—433; Huelsen *Röm. Mitth.* 1889, 245—47. 1891, 91. 1892, 287.
